Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



173

orbi terrarum iniquitate sue legis adnuntiat. monet omis
& dicit. Nolite facere talia. ne talia patiamini. fit ne
quisquam quia talia doctore non audiat. quia non acquiescat huicemodi
monitori. quia non sermonibus doceat. nec exemplis aliunde
quaeritis. s: se ipsum. se inquam & suum exercitum omnibus offerat
ad exemplum. Quid tu putas altare non polluit. Immo vero non
effulget munditiae. nec tribile apud omnes efficit. & metu
endum. Nam aspicis quantum leonem tenet in unculis. quas spe
subiectos pinnis. quantam superbiam deiecit. ac fregit. Aut ig
noras quia & imagines regum non tam magnae nec mirabi
les uidentur. cum reclinati solio. & auro ac purpura re
fulgentes pingunt. quam cum ad pedes eorum uincti per
tergum barbari iacent capite intra demerso. S: quod
pluribus operae est. Vos ipsi fidem date sermonibus meis. Nunquid
non clarior nobis & celebrior hodie conuentus est. nisi hui
mium esse uideo in multitudine. quam si sacras paschae dies
ageretur. Quas istas huc hodie innumeras multitudi
nes congregauit. Conuenisse uideo non solum uirorum insoli
tos uultus. s: & mulierum. Siquae illae erant quae clausae
semper domibus habebant. neglexerunt domesticam
curam. & ad ecclesiam conuolarunt. Virgines etiam uideo
prupisse de thalamis. nec uerecundia detinuit
quas diuitias inuitauit. Conuolauit undique omnis
sexus & omnis etas. omnisque condicio. ut illum quem uide
ram altaris hostem. nec captiuum uiderem altaris.
ut prospicerem iudicia dei. quae respicit super terram